℣ Capitulum **Ecce dies véniunt.**, Hymnus **Cónditor.** et ℣. **Roráte.** in Vesperis dicantur quotidie per Adventum, cum de Tempore agitur. Oratio vero Dominicæ dicatur per hebdomadam de Sabbato ad Sabbatum.

Ad Magnif. Ant. toni j.



ECCE nomen Dómini ve- nit de lon-



gín-quo, et cláritas e-jus replet orbem terrárum.



Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.

Oratio.

EXCITA, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni : ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis te mereámur protegénte éripi ☩ te liberánte salvári : Qui vivis.

DOMINICA I. ADVENTUS.

Antiphona **Dixit Dóminus.**, et reliquæ cum suis Psalmis, ut in Dominicis per annum; Capitulum **Ecce dies véniunt.**, Hymnus **Cónditor alme síderum.**, ℣. **Roráte.**, ut supra.

Ad Magnif. Ant. viij. toni.



NE tíme-as Marí-a, invenísti grá-ti-am

apud Dóminum : ecce concí- pi-es, et pári-es fí-li-um,